



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

IV. Ceßio à die praesente ad Ecclesiam, de villa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

106 MARCVLFI MONACHI
cutione, sacratissimo fisco, auri li-
bras tantas, argenti pondo tan. &
ne id quoque quod repetit valeat
vindicare, nihilominus præfens do-
natio, quæ à nobis pro timore Dei
& amore pauperum Christi con-
scripta est, firma & inlibata omni
tempore debeat permanere, stipula-
tione subnixa. Actum ibi, sub die
illo.

IV. CESSIO A DIE PRÆ-
sente ad Ecclesiam.

DVm fragilitatem humani ge-
neris pertimescit, vltimum vi-
tæ temporis subitanea transpositio-
ne ventura, oportet vt non inue-
niat vnumquemque imparatum,
ne sine aliquo boni operis respectu
migret de sæculo: nisi dum suo iure
& potestate cõsistit, præparet viam
salutis, per quam ad æternam valeat
beatitudinem peruenire. Ideoque

ego in Dei nomine ille, & coniux
mea illa, pro remedio animæ no-
stræ, & remissione peccatorum no-
strorum, vt veniam in futurum con-
sequi mereamur, cedimus à præsen-
te die cessumque in perpetuum esse
volumus, atque de iure nostro in iu-
re & dominatione sanctæ Ecclesiæ
illius, in honore illius constructæ,
villam nuncupatam illam, sitam in
pago illo, quæ ex alode parentum,
aut vndecumque ad nostram per-
uenit dominationem, & ad præsens
possidere videmur, cum omni me-
rito & termino suo, cum adiacen-
tiis, adiunctis, appenditiis, cum ter-
ris, domibus, ædificiis, accolabus,
mancipiis, vineis, syluis, campis, pra-
tis, pascuis, aquis, aquarumue decur-
sibus, farinariis, cum pastoribus gre-
gis, peculio vtriusque sexus maiore,
vel minore, mobilibus, & immobi-
libus, vel quicquid dici aut nomi-

108 MARCVLFI MONACHI
nari potest, & tempore præsentis no-
stra videtur esse possessio, ad præ-
sens Ecclesiæ volumus esse conces-
sum. Ita vt ab hac die, memoratam
villam pars antedictæ Ecclesiæ, vel
Pontifex ciuitatis illius, aut actores
Ecclesiarum, eam habēdi, tenendi,
possidēdi, vel quicquid exinde pro
oportunitate ipsius elegerint fa-
ciendi, libero in omnibus per-
fruantur arbitrio. Ita vt nomen no-
strum in libro vitæ conscribatur,
vel pro nobis vtrumq; sacrificium
post obitum nostrum pio Domino
offeratur. Licet in cessionibus pœ-
nam adnecti nō sit necesse, sed no-
bis pro omni firmitate placuit inse-
rendum. Si quis vero, quod futurū
esse non credimus, nos ipse, quod
absit, aut aliquis de heredibus, vel
pro heredibus nostris, vel quælibet
persona, calliditate commotus, aut
cupiditate præuentus, vllō vnquam

tempore contra præsentem epistolam cessionis nostræ, quam propter nomen Domini, & venerationem sancti ipsius loci, spontanea voluntate fieri decreuimus, venire aut aliquid agere voluerit, aut tergiuersator extiterit, anathema sit, & cum supra scripto Domino illo, ante tribunal Christi, deducat rationes: insuper inferat iuxta pœnam sæculi, cum cogente fisco, partibus ipsius Ecclesiæ, aut auri lib. tantas, aut argenti pondo tan. & quod repetit nullatenus valeat vindicare, sed præsens cessio omni tempore inlibata permaneat, cum stipulatione subnixa.

V. *PRECARIA DE IPSA VILLA, dum viuit.*

Domino sancto, & Apostolica sede colendo, domno & in Christo patri, illi Episcopo, ille &